



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Lvitprandi Ticinensis Diaconi Opvscvlvm, De Vitis  
Romanorvm Pontificvm**

**Liutprandus <Cremonensis>**

**Mogvntiae, 1602**

CIX. Ioannes VIII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11115**

\* *Osnabru-  
geri.*

\* *Hildegri-  
no, de quo A.  
kyan. Xius lib.  
1. metropolis  
6.2.*

imperiale scripsit epistolam, per quam electum fieri præfulem collaudavit. Huius temporibus LVDEWICVS dedit Ecclesiæ Corbeiensi & Herifordensi quasdam decimales Ecclesias cum ipsis decimis in parrochia \* Osnabrugensi, consentiente Episcopo & omni clero. KAROLVS Romanorum Imperator & patritius dedit honorificatæ Ecclesiæ, & honorificandæ à DEO Hersfeldensi quasdam decimas in Frisonevelt & Hasslega Halberstadeni adiacentes diœcesi, quas Stephanus Papa in basilica B. Petri die sancto Paschæ sua auctoritate & Imperatoris subscriptione, & \* Hildegino Halberstadeni Episcopo præsentem, confirmavit. KAROLVS quippe omnes decimas in Saxonia constituerat ad regale seruitium, & eas rex dare potuit, quo voluit.

Hic Apostolica auctoritate firmavit, si deinceps quispiam Episcopum occidere tentaverit, vel flagellare, aut saltem percutere, ut à Deo & sanctis eius omnibus sit anathema. Illos autem, qui illicitas & incestuosas copulas contrahunt, si secundò vel tertio admoniti eas non dissolunt, & dignam pœnitentiam non egerint, à liminibus Ecclesiæ cum suis sequacibus eliminandos esse decrevit. Item raptores Virginum, qui eas legitimo nuptiali iure, vel secundum ritum, vel legem, vel pacem acquisivisse noscuntur, eadem sententia feriri iussit, quos tandem, nisi à prava intentione recesserint anathemati submittendos esse modis omnibus iudicavit. Item homicidas, & hominum truncatores, si non secundum legem emendauerint, & pœnitentiam non egerint, similiter inuasores & incendia facientes, atq; raptores pari sententia feriendos esse dixit. Item statuit, ne vlli liceat clericum attulare in Ecclesia præter Episcopum, ad cuius ordinationem & potestatem diœcelis omnium iure Ecclesiarum secundum antiquam constitutionem pro sua cuiq; pertinente parrochia.

## CIX.

ADCCCLXXII

## IOANNES VIII.

IOANNES, sedit annos 10. dies 2. Hic decreto suo statuit, ut nulli Ducum liceat quemlibet Episcopum in præsentiam Romani præfulis introducere, vel census ab eo ad sumptus publicos, seu dona quælibet exigere, sed nec coram laicis Episcopum concessit, Clericos & sanctimoniales, pupillos & viduas sub tutela Episcoporum esse decrevit, & eos ad secularia iudicia trahi modis omnibus interdixit. Quemlibet autem ducem vel alium contra hæc agentem, excom-

excommunicandum esse decreuit; perfeuerantem verò anathematis vinculo innodandum.

IDEM inter cætera de decimis sacerdotibus dandis ita præcepit. *Quas, scilicet, decimas vnumquemque fidelem illi sacerdoti dare censuimus, in cuius parrochia eum procul dubio constat sub Episcopi proprii ditione, quia ad hoc recipiendum ab Episcopo suo est constitutus, manere; & ideò nullum alterius dioceseos sacerdotem aut Leuitam alteri iure \* ea nouum debita \* for. cano- huiusmodi audire impudenter, vel temerè querere, aut accipere \* damnatio- num vel donationem. Cum verò, qui aliter dare vel accipere presumpserit, \* for. tantum, Ecclesiastica communionem tamdiu iudicamus manere priuatum, donec secundum hoc nostræ apostolicæ auctoritatis capitulum studuerit agere.*

Huius temporibus LODEVVICVS Imperator ab Adalgiso Beneuentano Duce, constrictus timore vitæ iureiurando firmavit, nunquam se Beneuenti fines ultra intraturum, neq; ex periculo iniuriæ tunc sibi illatæ vindictam aliquando exacturum. Ab hoc autem iuramento postmodum prædictus Papa cum Romæ absoluit auctoritate DEI & S. Petri, affirmans nihil sibi obesse, quod ob mortis periculum euadendum coactus fecerat, nec sacramentum esse dicendum, quod contra salutem Reipub. quamuis cum multis execrationibus, fuerit prolatum.

CX.

MARINVS.

MARINVS, sedit annum vnum, menses quinq;.

A. DCCC-  
LXXVII.

CXI.

HADRIANVS III.

HADRIANVS, sedit annum vnum, menses quatuor.

A. DCCC-  
LXXXIV.

CXII.

STEPHANVS VI.

STEPHANVS, sedit annos sex. Hic \* Herimanum Coloniensem Archiepiscopum, & Adalgarium Hamburgensem Archiepiscopum de Bremensi Ecclesia contendentes Wormatiam ad Synodum venire iussit, vbi Fulconi Remensi Episcopo vice sua commissa causam eorum examinari mandauit.

A. DCCCLXXXV  
\* Hermānū  
Vide A. Krät-  
zium Lib. 2.  
metrop. c. 19.  
& 24. Alb.  
Staden. in  
Chron. ad  
ann. 896.  
Trieth. in Chr.  
Hirsang.  
A. DCCCXCI.

CXIII.

FORMOSVS.

FORMOSVS Portuensis Episcopus, sedit annos quinq; menses sex \* Qui Formosus religiosissimus à Romanis vehementer af-

\* Verba reli-  
qua sunt Lu-